



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XXIX. De odio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

Super questionis vigesima nona articulum primum.

In art. 1. q. 2. nota tria Nouit, primo in titulo, q. bis dicitur obiectum & causa odii, scilicet cum enumerantur articuli, & cum proceditur ad primum. Ex hoc enim, & primo argu. ma

nifeste habes malum non solum obiectum sed causam esse odii. Secundo, in corpore, quod similitudo inter appetitum naturalem, & animalium sobrie intelligitur, scilicet proportionaliter secundum naturas inanimatorum & animatorum. In illis. n. ut in q. 23. dictum est, id est est consonantia, & dissonantia, in istis aliud: sicut in illis consonantia est proprietatis, in istis est actus appetitiuus. Tertio, in responsione ad primum, quod consistit in hoc, quod obiectum, & causa odii non est malum simpliciter, sed malum huic, quod est quod dicitur ens, quod non est malum huic in quantum ens, quia sic conuenit, sed in quantum tale ens, quia sic repugnat. Percutiens enim me quoddam ens est repugnans mihi, non in quantum ens, sed solum in quantum tale, scilicet offendens me sicut aqua est mala igni, in quantum talis, non in quantum ens.

SED CONTRA est, quod Dion. dicit 4. c. \* de diuin. no. quod propter amorem boni omnia agunt quaecunque agunt.

RESPON. Dicendum, q. omne agens agit propter finem aliquem, ut supra dictum est: finis autem est bonum desideratum, & amatum unicuique. Unde manifestum est, quod omne agens, quodcunque sit, agit quancunque actionem ex aliquo amore.

AD PRIMVM ergo dicendum, q. obiectio illa procedit de amore, q. est passio in appetitu sensitiuo existens: nos aut loquimur nunc de amore cõiter accepto, prout comprehendit sub se amorẽ intellectualem, rationalem, & animalem, naturalem: sic. n. Dion. loquitur de amore in 4. c. \* de diu. no.

AD SECVDVM dicendũ, q. ex amore, sicut iam dictum est, cãtur & desiderũ, & tristitia, & delectatio, & per consequens oēs aliæ passiones. vñ ois actio, q. procedit ex quacũq. passione, procedit et ex amore sicut ex prima cã: unde nõ supersunt aliæ passiones, quæ sunt causæ proximæ.

AD III. dicendũ, q. odiũ est ex amore cãtur, sicut infra dicitur.

QVAESTIO XXIX.

De odio, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de odio.

ET CIRCA hoc quaruntur sex.

¶ Primo, Vtrum causa, & obiectum odii sit malum.

¶ Secũdo, Vtrum odium causeatur ex amore.

¶ Tertio, Vtrum odium sit fortius, quã amor.

¶ Quarto, Vtrum aliquis possit habere odio seipsum.

¶ Quinto, Vtrum aliquis possit habere odio ueritatem.

¶ Sexto, Vtrum aliquid possit haberi odio in uniuersali.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrũ causa, & obiectum odij sit malũ.

AD PRIMVM sic proceditur. Vñ, quod obiectum, & causa

nam per modum negationis & dissonantia, ad malum uerò per modum affirmationis & consonantia: odium autem abominatiois eopuerfo, ad personam se habet per modum affirmationis & consonantia, ad malum autem per modum negationis & dissonantia. Cum. n. aliquis odit flagella, & familia, illis quidẽ dissonat, & ea ab affectu suo abnegat: seipsum autem, uel alteri, cui illa nollet, affirmat in affectu, eique consonat. Ecõtra uerò, cũ odit quis hominẽ, ipsũ quidẽ a suo affectu abnegat illiq; dissonat: sed malis illis consonat, affirmatque illa i suo affectu. uult. n. illi malum. Et si diligenter persecutus fueris, uidebis q. dissimilitudo ista non uariat dissonantiam odii a malo obiecto & causa: quoniã utrobique id quod hẽt rõnem mali obiecti & cause odii, abnegatur ab affectu & dissonat: nam in odio inimicitia persona habet rationem mali obiecti & cause. Et in odio abominatiois non persona, sed res mala habet rationem mali obiecti & cause: sicut in amore amicitia, obiectum amatum est amicus: & in amore concupiscentia est res concupita. Vniuersaliter igitur odium est dissonantia a malo obiecto, quia oportet malum obiectum esse odium habitum: sed quia diuersum in utroque odio constituitur obiectũ, quia unius persona, alterius res, uarietas apparet, sed non est. unõ inimicitia non testatur, quod odium consonat malo obiecto, sed quod tantũ dissonat ab inimico, ut consonet malis illius, unde testatur magnam dissonantiam obiecti. Neq. fallaris, audiens odium abominatiois habere pro obiecto rem, non personam: & putes propterea matrem non tali odio habere filias, quibus optat mortem, uel quia non potest dare eas nuptui, uel quia despicitur a uiro suo propterea. in similibus enim non habentur odio personæ ut personæ, sed ut res: unde non est ad tales odiũ inimicitia, sed abominatiois solius uitæ earum, quia repugnat dispositioni earum uel secundum paupertatem, uel gratiam cum uiro, uel aliquid huiusmodi, in cuius signum nihil mali illis uellent, cuius oppositum de odio inimicitia scribitur in secundo Rhero. sed uitam tantum earum, ut rẽ eis contrariam nolunt. Et quod in exẽplo m̃is

odii non sit malum. Oẽ. n. quod est, in quantum huiusmodi, bonũ est: si igitur obiectum odii sit malũ, sequitur quod nulla res odio habeatur: sed solum defectus alicuius rei, quod patet esse falsum.

¶ 2. Præ. Odire malum, est laudabile: unde in laudem quorũdam dicitur 2. Machab. 3. quod leges optimẽ custodiebantur propter Onia pontificis pietatem, & animos odio habentes mala. si igitur nihil odiatur nisi malum, sequitur q. omne odium sit laudabile: quod patet esse falsum.

¶ 3. Præ. Idẽ non est simul bonũ & malum: sed idem diuersis est odibile & amabile. ergo odium non solum est mali, sed et boni.

SED CONTRA. Odium contrariatur amoris: sed obiectum amoris est bonum, ut supra dictum est. ergo obiectũ odii est malum.

RESPON. Dicendum, q. cum appetitus naturalis deriuetur ab aliqua apprehensione, licet non coniuncta, eadem ratio uidetur esse de inclinatione appetitus naturalis, & appetitus animalis, qui sequitur apprehensionem conũctam, sicut supra dictum est. In appetitu autem naturali hoc manifeste apparet, q. sicut unumquodque hẽt naturalem consonantiã uel aptitudinem ad id, quod sibi conuenit, quæ est amor naturalis: ita ad id, quod est repugnans & corruptiuum, habet dissonantiam naturalem, quæ est odium naturale. Sic igitur & in appetitu animali, seu in intellectu amor est consonantia, quæ dã appetitus in id, quod apprehenditur ut cõueniens. Odium uerò est dissonantia quædam appetitũ ad id, quod apprehenditur ut repugnans & nociuum. Sicut autẽ oẽ cõueniẽs in quantum hmõi, hẽt rõnem boni, ita oẽ repugnans in quantum hmõi, hẽt rationem mali, & ideo sicut bonum est obiectum amoris, ita malum est obiectum odii.

AD PRIMVM ergo dicendum, q. ens in quantum ens, non hẽt rõnem repugnãtis, sed magis cõueniẽtis: quia oia conueniunt in ente. sed ens in quũtum est hoc ens determinatũ, hẽt rõnẽ repugnãtis ad aliqđ ens determinatũ: &

sonat, & ea ab affectu suo abnegat: seipsum autem, uel alteri, cui illa nollet, affirmat in affectu, eique consonat. Ecõtra uerò, cũ odit quis hominẽ, ipsũ quidẽ a suo affectu abnegat illiq; dissonat: sed malis illis consonat, affirmatque illa i suo affectu. uult. n. illi malum. Et si diligenter persecutus fueris, uidebis q. dissimilitudo ista non uariat dissonantiam odii a malo obiecto & causa: quoniã utrobique id quod hẽt rõnem mali obiecti & cause odii, abnegatur ab affectu & dissonat: nam in odio inimicitia persona habet rationem mali obiecti & cause. Et in odio abominatiois non persona, sed res mala habet rationem mali obiecti & cause: sicut in amore amicitia, obiectum amatum est amicus: & in amore concupiscentia est res concupita. Vniuersaliter igitur odium est dissonantia a malo obiecto, quia oportet malum obiectum esse odium habitum: sed quia diuersum in utroque odio constituitur obiectũ, quia unius persona, alterius res, uarietas apparet, sed non est. unõ inimicitia non testatur, quod odium consonat malo obiecto, sed quod tantũ dissonat ab inimico, ut consonet malis illius, unde testatur magnam dissonantiam obiecti. Neq. fallaris, audiens odium abominatiois habere pro obiecto rem, non personam: & putes propterea matrem non tali odio habere filias, quibus optat mortem, uel quia non potest dare eas nuptui, uel quia despicitur a uiro suo propterea. in similibus enim non habentur odio personæ ut personæ, sed ut res: unde non est ad tales odiũ inimicitia, sed abominatiois solius uitæ earum, quia repugnat dispositioni earum uel secundum paupertatem, uel gratiam cum uiro, uel aliquid huiusmodi, in cuius signum nihil mali illis uellent, cuius oppositum de odio inimicitia scribitur in secundo Rhero. sed uitam tantum earum, ut rẽ eis contrariam nolunt. Et quod in exẽplo m̃is

Prima Secundę S. Thomę. I &

part. 4. non multũ procul a prin.

In parte.

q. 29. ar. 3.

q. 26. ar. i.

q. 26. ar. 1.

& illa a diis, in caeteris que sunt domini ad seruos, uiri ad uxorem, & uerfalter ad omnes odio habitos, non ut perfone sunt, sed ut aliquid illius, quasi nocumenta sunt, dicta intelligas. De personis enim & rebus formaliter, in quantum scilicet personae & in quantum res, intellige que diximus de obiectis propriis utriusque odii. Nec obicias mihi, quod obliuiscor de indistinctioe amoris amicitie & concupiscentie, nunc penes obiecta distinxerim utrumque odium. Nosti enim quod bonum uno modo, utpote ex causa integra: malum autem omnifariam, utpote ex particularibus defectibus dicitur. Constat autem, quod amor ex parte boni, & odium ex parte mali, se tenet; propter quod non est mirum, si odia distinguuntur ex persona uel re, ut obiectis propriis odii, amor autem non: sed sola habitudo ad personam & rem diuersimode amatam in quo libet amore distinguitur, ut superius declaratum est.

Sup. q. 28. a. 6. ad 3. & in 1. cor. 3. cor. 13. 4. contra. cap. 19.

In post predicamentis, c. de Simili.

¶ Super quest. vigesima nona articulum secundum.

**A**rticulo secundo omisso, ex quo memorie commendabis responsum ad primum, & applicabis ad post predicamenta.

1. 7. & 9. to. 5 ar. preced.

secundum hoc unum ens est odibile alteri, & est in malum. & si non in se, in p. coparatione ad alterum.

**A**D SECUNDVM dicendum, quod sicut aliquid apprehenditur ut bonum, quod non est uere bonum, ita aliquid apprehenditur ut malum, quod non est uere malum: unde contingit quandoque nec odium mali, nec amorem boni esse bonum.

**A**D TERTIVM dicendum, quod contingit idem esse amabile, & odibile diuersis, secundum appetitum quidem naturalem ex hoc quod unum & idem est conueniens uni secundum suam naturam, & repugnat alteri: sicut calor conuenit igni, & repugnat aqua. secundum appetitum uero animale ex hoc, quod unum & idem apprehenditur ab uno sub ratione boni, & ab alio sub ratione mali.

ARTICVLVS II.

Vtrum odium causetur ex amore.

**A**D SECVDVM sic proceditur. **H** Videtur, quod amor non sit causa odii. Ea enim que ex opposito diuiduntur, naturaliter sunt simul, ut dicitur in predicamentis: sed amor & odium cum sint contraria, ex opposito diuiduntur. ergo naturaliter sunt simul: non ergo amor est causa odii.

¶ 2 Præ. Vnum contrariorum non est causa alterius: sed amor & odium sunt contraria. ergo & c.

¶ 3 Præ. Posterius non est causa prioris: sed odium est prius amore, ut uidetur. nam odium importat recessum a malo: amor uero accessum ad bonum. ergo amor non est causa odii.

**S**ED CONTRA est, quod dicit Aug. 14. de Ciuitate Dei, quod omnes affectiones causantur ex amore. ergo & odium, cum sit quedam affectio animae, causatur ex amore.

**R**ESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, amor consistit in quadam conuenientia amantis ad amatum; odium uero consistit in quadam repugnancia, uel dissonantia. Oportet autem in quolibet prius considerare quid ei conueniat, quam quid ei repugnet. Per hoc enim aliquid est repugnans alteri, quia est corruptiuum, uel impeditiuum eius quod est conueniens: unde necesse est, quod amor sit prior odio: & quod nihil odio habeatur, nisi per hoc, quod contrariatur conuenienti, quod amatur, & secundum hoc, omne odium ex amore causatur.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod in his que ex opposito diuiduntur, quedam inueniuntur, que sunt naturaliter simul & secundum rem, & secundum rationem, sicut duae species animalis, uel duae species coloris. Quedam uero sunt simul secundum rationem, sed unum realiter est prius altero, & ea eius, sicut patet in speciebus numerorum, figurarum & motuum. Quedam uero non sunt simul nec secundum rem,

nec secundum rationem, sicut substantia & accidentia. nam substantia realiter est causa accidentis: & ens in rationem prius attribuitur substantiae quam accidenti, quia accidenti non attribuitur nisi in quantum est in substantia. Amor autem & odium naturaliter quidem sunt simul secundum rationem, sed non realiter: unde nihil prohibet amorem esse causam odii.

**A**D II. dicendum, quod amor & odium sunt contraria, quoniam accipiuntur circa idem: sed quoniam sunt de contrariis, non sunt contraria, sed seinuicem consequentia. Eiusdem enim rationis est, quod ametur aliquid & odietur eius contrarium: & sic amor unius rei, est causa quod eius contrarium odietur.

**A**D TERTIVM dicendum, quod in executione prius est recedere ab uno termino, quam accedere ad alterum terminum: sed in intentione est e conuerso: propter hoc non receditur ab uno termino, ut accedatur ad alterum, motus autem appetitiuus magis pertinet ad intentionem, quam ad executionem: & ideo amor est prior odio, cum utrumque sit motus appetitiuus.

ARTICVLVS III.

Vtrum odium sit fortius, quam amor.

**A**D TERTIVM sic proceditur. **V**idetur, quod odium sit fortius amore. Dicit enim Augustinus in libro 83. q. 1. Nemo est qui non magis dolorem fugiat, quam appetat voluptatem: sed fugere dolorem pertinet ad odium, appetere autem uoluptatis pertinet ad amorem. ergo odium est fortius amore.

¶ 2 Præ. Debitius vincitur a fortiori: sed amor vincitur ab odio, quoniam amor conuertitur in odium: ergo odium est fortius amore.

¶ 3 Præ. Affectio animae per effectum manifestatur: sed fortius insitit homo ad repellendum odiosum, quam ad prosequendum amatum. sicut etiam bestiae abstinent a delectabilibus propter uerbera, ut Augustinus introducit in libro 83. q. ergo odium est fortius amore.

**S**ED CONTRA. Bonum est fortius quam malum, quia malum non agit nisi uirtute boni, ut Dionysius dicit c. 4. de di. no. sed odium & amor differunt in differentiâ boni, & mali. ergo amor est fortior odio.

**R**ESPON. Dicendum, quod impossibile est effectum sua causa esse fortioerem. Omne autem odium procedit ex aliquo amore, sicut ex causa, ut supra dictum est: unde impossibile est, quod odium sit fortius amore simpliciter, sed oportet ulterius, quod amor, simpliciter loquendo, sit odio fortior. Fortius enim mouetur aliquid in finem, quam in ea que sunt ad finem. Recessus autem a malo ordinatur ad consecutionem boni, sicut ad finem: unum simpliciter loquendo, fortior est motus animae in bonum, quam in malum: sed tamen aliquid uidetur odium fortius amore propter duo.

In tertio articulo aduerte primo, quod prima ratio, quare odium uidetur fortius mouere, consistit in hoc, quod odium magis consistit in immutatione, quam amor. Quod declaratur ex parte obiecti, quod scilicet in amore tam actus, quam obiectum consonat dispositioni amantis, ac per hoc nihil est ex parte obiecti alteritatis. In odio uero, licet actus dispositioni odientis consonet, obiectum uero utpote malum, ut malum dissonat, ac per hoc ex parte obiecti alteritas quaedam inuenitur; & cum mutatio in alteritate consistat, magis ad mutationis naturam accedit odium, quam amor. Et haec ratio ponitur in littera, cum dicitur, quod repugnancia eius quod oditur, magis percipitur quam conuenientia amati. Aduerte secundo, quod secunda ratio & manifestat sensum conclusionis principalis huius articuli, scilicet quod odium non est fortius amore, sed e conuerso, quod intelligitur non de quocumque odio relato ad quocumque amorem, & e conuerso, sed de coniugatis. Quilibet enim amor habet uin-

Ca. 15. med. c.

q. 83. q. 1. post 7. 10. 4.

q. 14. 1. post 7. 10. 4.

2. 2. q. 2. 7. & 2. 42. q. 2. 2. q. 3. a. 8. p. 10. 87. 3. 16.

profi. rum a p.

vinctum odium sibi oppositū, & econverso. & dehis est sermo comparatiuus. Et manifestat fortitudinem odii super amorem extraneum esse non ex se, sed ex amore eius causa superante illum alterum amorem: ut in response ad primum, & secundum exprimitur. Et sic ex prima ratione odium magis quodammodo incitat, quam coniungatur amor, quia magis sentitur: & ex secunda magis quam extraneus amor, quia agit virtute amoris maioris.

Ca. 15. post med. to. 3.

Super quatuor viginti articulis quartum.

Articulo quarto omnino, quo in fine tractatus utemur in articulo 5. aduerte, quod aliud est odio haberi, & aliud non amari: & quod aliud est per se, & aliud per accidens. Nihil enim quantumcumque fuerit particulare, & minimum bonum, sub ratione suae bonitatis repraesentatum, odio habetur, per se loquendo: quia obiectio odii contrariatur tota latitudo boni, non amari tamen potest, quia non habet unde adaequet appetitum: & per accidens autem potest partialiter bonum odio haberi, per adiunctam scilicet rationem maioris mali, ut quotidie experimur, in communi autem impossibile est: quia quilibet odians aliquid amat, ac per hoc non omne bonum odit. Et idem est iudicium de ente, & vero in communi. Odians enim quodeunque ens, aut quodeunque verum, licet ab illis dissonet, aliquid tamen vero & enti remanet consonans, ac per hoc non abiicit totam, aut veri latitudinem a suo affectu, sed communis ratio entis, & veri se per saluatur consonans &c.

2. 2. q. 34. ar. 1. cor.

prof. 5. par. 4. prin.

Ad id dicendum, quod odium nunquam vinceret amorem, nisi propter maiorem amorem, cui odium correspondet: sic homo magis diligit se, quam amicum, & propter hoc, quod eligi se, habet odio etiam amicum, si sibi contrarietur.

Ad tertium dicendum, quod ideo intensius aliquid operatur ad repellendum odiosa, quia odium est magis sensibile.

ARTICVLVS IIII.

Utrum aliquis possit habere odio seipsum.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod aliquis possit seipsum odio habere. Dicitur enim in Psalmo. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam: sed multi diligunt iniquitatem, ergo multi odiunt seipsum.

Prat. Illud odimus, cui uolumus & operamur malum; sed quodque aliquis uult, & operatur sibiipsum malum, puta, qui interimunt seipsum, ergo aliqui seipsum habent odio.

Prat. Boetius dicit in 2. de Consolatione. Quod auaritia facit homines odiosos, ex quo praecipit, quod omnis homo odit auarum: sed aliqui sunt auari, ergo illi odiunt seipsum.

Sed contra est, quod Apostolus dicit ad Ephesios 5. quod nemo

A nunquam carnem suam odio habuit.

Respondendum. Dicendum, quod impossibile est, quod aliquis, per se loquendo, odiat seipsum. Naturaliter enim unumquodque appetit bonum, nec potest aliquid sibi appetere, nisi sub ratione boni. Nam malum est praeter uoluntatem, ut Dio dicit 4. c. De diuinitate. Amare autem aliquem est uelle ei bonum, ut supra dictum est: unde necesse est, quod aliquis amet seipsum, & impossibile est, quod aliquis odiat seipsum, per se loquendo: per accidens tamen contingit, quod aliquis seipsum odio habeat, & hoc dupliciter. Uno modo, ex parte boni quod sibi aliquis uult. accidit enim quandoque, illud quod appetitur ut secundum quod bonum, esse simpliciter malum: & secundum hoc aliquis per accidens uult sibi malum, quod est odire. Alio modo, ex parte suiipsum cui uult bonum. Unumquodque enim maxime est id, quod est principaliter in ipso: unde ciuitas dicitur facere id, quod Rex facit, quasi Rex sit tota ciuitas. Manifestum est ergo, quod homo maxime est mens hominis, contingit autem, quod aliqui aestimant se maxime illud, quod sunt secundum naturam corporalem & sensitiuam: unde amant se secundum id, quod aestimant se esse, sed odiunt id quod uere sunt dum uolunt contraria rationi: & utroque modo ille qui diligit iniquitatem, odit non solum animam suam, sed etiam seipsum. Et per hoc patet responsio ad primum.

Ad secundum dicendum, quod nullus sibi uult & facit malum, nisi in quantum apprehendit illud sub ratione boni: nam & illi qui interimunt seipsum, hoc ipsum, quod est mori, apprehendunt sub ratione boni, in quantum est terminatum alicuius misericordiae, uel doloris.

Ad tertium dicendum, quod auarus odit aliquod accidens suum, non tamen propter hoc odit seipsum: sicut ager odit suam agritudinem ex hoc ipso, quod se amat. Vel dicendum, quod auaritia odiosos facit aliis, non autem sibiipsum: quia in modo causatur ex inordinato sui amore, secundum quem de bonis temporalibus plus sibi aliquis uult quam deat.

ARTICVLVS V.

Utrum aliquis possit odio habere ueritatem.

Ad quintum sic proceditur. Utrum, quod aliquis non possit habere odio ueritatem. Bonum enim & ens, & uerum conuertuntur: sed aliquis non potest habere odio bonitatem, ergo nec ueritatem.

Prat. Omnes homines naturaliter scire desiderant, ut dicitur in principio Metaphisicae. Sed scientia non est nisi uerorum, ergo ueritas naturaliter desideratur, & amatur: sed quod naturaliter inest, semper inest, nullus ergo potest habere odio ueritatem.

Prat. Philosophus dicit in 2. Rhetoricae. Quod homines amant non fictos, sed non nisi propter ueritatem, ergo homines naturaliter amat ueritatem. non ergo eam odio habent.

Sed contra est, quod Apostolus dicit ad Galatas 4. Factus sum uobis inimicus, uerum dicens uobis.

Respondendum. Dicendum, quod bonum, & uerum, & ens sunt idem secundum rem, sed differunt ratione. Bonum enim habet rationem appetibilis, non autem ens uel uerum: quia bonum est quod omnia appetunt, & ideo bonum secundum rationem boni, non potest odio haberi nec in uniuersali, nec in particulari. Ens autem & uerum in uniuersali quidem odio haberi non possunt: quia dissonantia est causa odii, & consonantia causa amoris.

Prima Secunda S. Thomae. I 2 Ens

diligenter notetur differentia inter rem, puta, calorem uniuersalem uniuersaliter, & singularem.

Super

p. 4. aliquotulum ante finem. q. 26. ar. 4.

habitu

2. 2. q. 34. ar. 1. cor.

2. 2. q. 34. ar. 1. cor.

li. 1. metaph. to. 3.

ca. 4. 2. med. to. 6.

Ens autem & uerū sunt communia in omnibus: sed in particulari nihil prohibet quoddam ens, & quoddam uerum odio haberi, in quantum hēt rōnem contrariū & repugnantis: contrarietas. n. & repugnantia nō aduersatur rōni entis & ueri, sicut aduersatur rōni boni. Contingit autē uerum aliquod particulare tripliciter repugnare, uel cōtrariari bono amato. Vno mō, secundum quod ueritas est causaliter & originaliter in ipsis rebus: & sic homo quandoque odit aliquam ueritatem, dum uellet non esse uerum, qd' est uerum. Alio modo, secundum quod ueritas est in cognitione ipsius hominis, quā impedit ipsū a prosecutione amati: sicut si aliqui uellent nō cognoscere ueritatem fidei, ut libere peccarent, ex quo rō persona dicitur Iob 22. Sciētia uiarum tuarum nolumus. Tertio modo, habetur odio ueritas particularis tanquā repugnās, prout est in intellectu alterius, puta, cum aliquis uult iacere in peccato, odit quod aliquis ueritatem circa peccatum suum cognoscat. & secundum hoc dicit Augu. in 10. Confes. \* q' hoīes amant ueritatem lucentem, oderunt eam redarguentem. Et per hoc patet responsio ad primum.

c. 23. a med. tom. 1.

Ibidem.

AD SECUNDVM dicendum, quod cognoscere ueritatem, secundum se est amabile, propter quod dicit Aug. \* quod amant eam lucentem: sed per accidens cognitio ueritatis potest esse odibilis, in quantum impedit ab aliquo desiderato.

AD TERTIVM dicēdū, q' ex hoc procedit, q' nō ficti amantur, quod hō amat secundū se cognoscere ueritatem, quam homines non ficti manifestant.

ARTICVLVS VI.

Utrum aliquid possit haberi odio in uniuersali.

Supr. art. 5. cor.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, q' odiū nō possit esse alicuius in uniuersali. Odium. n. est passio appetitus sensitui, qui mouetur ex sensibili apprehensione: sed sensus nō pōt apprehendere uniuersale, ergo odiū nō pōt esse alicuius in uniuersali.

ex. 8. co. 3.

¶ 2 Præ. Odium causatur ex aliqua dissonātia, quæ communitati repugnat: sed communitas est de ratione uniuersalis, ergo odium non potest esse alicuius in uniuersali.

c. 4. a med. tom. 6.

¶ 3 Præ. Obiectum odii est malum: malum, autē est in rebus, & non in mente, ut dicitur in 6. Meta. ¶ cū ergo uniuersale sit solum in mente, quæ abstrahit uniuersale a particulari, uidetur quod odium nō possit esse alicuius uniuersalis.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 2. Rhetor. \* quod ita semper fit inter singularia: odium autem etiam ad genera. Furem. n. odit & calumniatorem unusquisque.

C

RESPONDEO. Dicendum, q' de uniuersali dupliciter contingit loqui. Vno mō, s' m quod subest intentioni uniuersalitatatis: alio autem mō dicitur de natura, cui talis intentio attribuitur. alia est. n. consideratio hominis uniuersalis, & alia hominis in eo quod est homo. Si igitur uniuersale accipitur primo modo, sic nulla potentia sensituiæ partis, neque apprehensiuæ, neque appetitiuæ potest in uniuersale: quia uniuersale sit per abstractionem a materia individuali, in qua radicatur omnis uirtus sensituiæ potest tamen aliqua potentia sensituiæ, & apprehensiuæ, & appetitiuæ ferri in aliquid uniuersaliter: sicut dicimus q' obiectum uisus est color secundum genus, non qua uisus cognoscat colorem uniuersalē: sed quia, q' color sit cognoscibilis a uisu, non conuenit colori, in quātū est hic color, sed in quātū est co-

lor simpliciter. Sic ergo odiū ēt sensituiæ partis, pōt respicere aliqui d in uniuersali: quia ex natura cōi quid aduersatur animali, & non solum ex eo quod est particularis, sicut lupus cui: unde ouis odit lupum generaliter. Sed ira semper causatur ex aliquo particulari, quia ex aliquo actu lædentis: actus autem particularium sunt. & propter hoc Philosophus dicit, quod ira semper est ad aliquid particulare: odiū uero potest esse ad aliquid in genere. sed odium secundum quod est in parte intellectiua, cum cōsequatur apprehensionem uniuersalem intellectus, potest utroque modo esse respectu uniuersalis.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q' sensus non apprehendit uniuersale, prout est uniuersale: apprehendit tñ aliquid, cui per abstractionem accidit uniuersalitas.

AD SECUNDVM dicendum, quod id qd' cōe est omnibus, non potest esse ratio odii: sed nihil prohibet aliquid esse commune multis, quod tamē dissonat ab aliis: & sic est eis odiosum.

AD TERTIVM dicendum, quod illa obiectio procedit de uniuersali secundum quod substat intentioni uniuersalitatatis: sic enim non cadit sub apprehensione, uel appetitu sensitui.

QVAESTIO XXX.

De concupiscentia in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de concupiscentia.

- ET CIRCA hoc queruntur quatuor.
- ¶ Primo, Utrum concupiscentia sit in appetitu sensitui tantum.
  - ¶ Secundo, Utrum concupiscentia sit passio spālīs.
  - ¶ Tertio, Utrum sint aliqua concupiscentiæ naturales, & aliqua non naturales.
  - ¶ Quarto, Utrum concupiscentia sit infinita.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum concupiscentia sit tantum in appetitu sensitui.

AD PRIMVM sic procedit. Vt, q' concupiscentia non solum sit in appetitu sensitui. Est enim quædam concupiscentia sapientiæ, ut dicitur Sap. 6. Concupiscentia sapientiæ deducit ad regnum perpetuum: sed appetitus sensituius non potest ferri in sapientiam, ergo concupiscentia non est in solo appetitu sensitui.

¶ 2 Præ. Desideriū mādatorū Dei non ē in appetitu sensitui: imo Apost. dicit Ro. 7. Non habitat in me, hoc est, in carne mea bonū: sed desideriū mādatorū Dei sub concupiscentia cadit: s' m illud Psal. 118. Concupiuit anima mea desiderare iustificatiōes tuas: ergo concupiscentia non est solum in appetitu sensitui.

¶ 3 Præ. Cuilibet potentia est concupiscibile proprium bonum, ergo concupiscentia est in qualibet potētia animæ, & non solum in appetitu sensitui.

SED CONTRA est, quod Damasc. dicit, \* quod irrationale obediens & persuasibile rationi diuiditur in concupiscentiam, & iram: hæc autem est irrationalis animæ pars passiuæ, & appetitiuæ, ergo concupiscentia est in appetitu sensitui.

RESPON. Dicēdū, quod sicut Philosophus dicit in 1. Rhetor. \* Concupiscentia ē appetitus delectabilis. Est autē duplex delectatio, ut infra dicitur: \* una, quæ est in bono intelligibili, qd' est bonum rōnis: alia, quæ est in bono s' m sensum. Prima quidem delectatio uidetur esse animæ tantum. Secunda autem est animæ